

animalia plena oculis dicens: Animal primum
 simile leonis & secundum simile vituli & tertium
 simile hominis & quartum simile aquile uolanti.
 Et post paululum plena inquit erant oculis oculis
 & requiem non habebant. scs. scs. scs. dñs dñs omni
 potens. qui est & qui erat & qui uenturus est.
 Et quibus cunctis perspicue ostenditur. quatuor
 tantum debere euangelia suscipi. & omnes apo
 chriforum nenas. mortuis magis hereticis quam
 aeclesiasticis uiuis canendas.

BEATO PAPAE DAMASO HIERONIMUS. noui
 opus facere me cogis exuerere. ut post exem
 plaria scripturarum toto orbe dispersa. quasi
 quidam arbiter sed eam. & quia inter se uariantur.
 quae sint illa quae cum greca consentiant ueritate
 decernam. pius labor. sed periculosa praesumptio.
 iudicare de ceteris ipsum ab omnibus iudicandum.
 Senis mutare linguam. & canescentem mundum ad
 intia retrahere paruulorum. quis enim doctus
 pariter uel indoctus cum in manus uolumen ad
 sumpserit. & asilua quam semel in bibit uiderit
 discrepare quod legit. non statim erumpat in
 uocem. me falsarium me clamans esse sacrilegum.
 qui audeam aliquid in ueteribus libris addere
 mutare corrigere. aduersus quam inuidiam du
 plex causa me consolatur. Quod & tu quis summus
 sacerdos es fieri iubes. & uerum non esse quod ua
 riat. & iam maledicorum testimonio comprobatur.
 Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda.